

JULIUS.			AUGUSTUS.			SEPTEMBER.					
Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.	Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.	Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.			
xxvj	G	Cal.	1	xxiv	C	Cal.	1	xxiiij	F	Cal.	1
xxv	A	VI	2	xxij	D	IV	2	xxj	G	IV	2
xxiv	B	V	3	xxj	E	III	3	xxj	A	III	3
xxij	C	IV	4	xxj	F	Prid.	4	xx	B	Prid.	4
xxj	D	III	5	xx	G	Nonz.	5	xix	C	Nonz.	5
xxj	E	Prid.	6	xix	A	VIII	6	xvij	D	VIII	6
xx	F	Nonz.	7	xvij	B	VII	7	xvij	E	VII	7
xix	G	VIII	8	xvij	C	VI	8	xvj	F	VI	8
xvij	A	VII	9	xvj	D	V	9	xv	G	V	9
xvij	B	VI	10	xv	E	IV	10	xiv	A	IV	10
xvj	C	V	11	xiv	F	III	11	xij	B	III	11
xv	D	IV	12	xij	G	Prid.	12	xij	C	Prid.	12
xiv	E	III	13	xij	A	Idus.	13	xj	D	Idus.	13
xij	F	Prid.	14	xj	B	XIX	14	x	E	XVIII	14
xij	G	Idus.	15	x	C	XVIII	15	ix	F	XVII	15
xj	A	XVII	16	ix	D	XVII	16	viii	G	XVI	16
x	B	XVI	17	viii	E	XVI	17	vij	A	XV	17
ix	C	XV	18	vij	F	XV	18	vij	B	XIV	18
viii	D	XIV	19	vj	G	XIV	19	v	C	XIII	19
vij	E	XIII	20	v	A	XIII	20	iiij	D	XII	20
vj	F	XII	21	iv	B	XII	21	iiij	E	XI	21
v	G	XI	22	iiij	C	XI	22	ij	F	X	22
v	A	X	23	ij	D	X	23	j	G	IX	23
iiij	B	IX	24	j	E	IX	24	o.xxix	A	VIII	24
ij	C	VIII	25	o	F	VIII	25	xxvij	B	VII	25
j	D	VII	26	xxix	G	VII	26	xxvij	C	VI	26
o.xxix	E	VI	27	xxvij	A	VI	27	xxv	D	V	27
xxvij	F	V	28	xxvij	B	V	28	xxv	E	IV	28
xxvj	G	IV	29	xxvj	C	IV	29	xxiv	F	III	29
xxvj	A	III	30	xxv	D	III	30	xxij	G	Prid.	30
xxv	B	Prid.	31	xxiv	E	Prid.	31	xx	A	Prid.	31

OCTOBER.			NOVEMBER.			DECEMBER.					
Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.	Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.	Epa- ctz.	Lit. D.	D. M.			
xxij	A	Cal.	1	xxj	D	Cal.	1	xx	F	Cal.	1
xxj	B	VI	2	xx	E	IV	2	xix	G	IV	2
xx	C	V	3	xix	F	III	3	xvij	A	III	3
xix	D	IV	4	xvij	G	Prid.	4	xvij	B	Prid.	4
xvij	E	III	5	xvij	A	Nonz.	5	xvj	C	Nonz.	5
xvij	F	Prid.	6	xvj	B	VIII	6	xv	D	VIII	6
xvj	G	Nonz.	7	xv	C	VII	7	xiv	E	VII	7
xv	A	VIII	8	xiv	D	VI	8	xij	F	VI	8
xiv	B	VII	9	xij	E	V	9	xj	G	V	9
xij	C	VI	10	xj	F	IV	10	x	A	IV	10
xj	D	V	11	xj	G	III	11	x	B	III	11
x	E	IV	12	x	A	Prid.	12	ix	C	Prid.	12
ix	F	III	13	ix	B	Idus.	13	viii	D	Idus.	13
viii	G	Prid.	14	viii	C	XVIII	14	vij	E	XIX	14
vij	A	Idus.	15	vij	D	XVII	15	vj	F	XVIII	15
vij	B	XVII	16	vj	E	XVI	16	v	G	XVII	16
vj	C	XVI	17	v	F	XV	17	iiij	A	XVI	17
v	D	XV	18	iv	G	XIV	18	iiij	B	XV	18
iiij	E	XIV	19	iiij	A	XIII	19	ij	C	XIV	19
iiij	F	XIII	20	ij	B	XII	20	j	D	XIII	20
ij	G	XII	21	j	C	XI	21	o	E	XII	21
j	A	XI	22	o.xxix	D	X	22	xxix	F	XI	22
o	B	X	23	xxvij	E	IX	23	xxvij	G	X	23
xxix	C	IX	24	xxvij	F	VIII	24	xxvij	A	IX	24
xxvij	D	VII	25	xxvj	G	VII	25	xxvj	B	VIII	25
xxvij	E	VI	26	xxvj	A	VI	26	xxv	C	VII	26
xxvj	F	V	27	xxiv	B	V	27	xxiv	D	VI	27
xxv	G	IV	28	xxij	C	IV	28	xxij	E	V	28
xxiv	A	III	29	xxj	D	III	29	xxj	F	IV	29
xxij	B	Prid.	30	xxj	E	Prid.	30	xx	G	III	30
xxj	C	Prid.	31						A	Prid.	31

CAPUT XXV.

Exponitur ea Kalendarii castigandi methodus, antequam Paschalis ordinandi ratio, quam in Hagogicis Canonibus Scaliger explicavit.

UM varia, ac dissimiles Paschalis administranda methodi viae sunt, & a Scaligero haecenus traditae, & a nobis enucleatae, accuratque discussae: tum omnes id commune vitium habent, ut cum certis Periodos praescribant, quibus lunares mensuras, & aequinoctiorum aequationes, adeoque mutationes epactarum includantur, ab iis ipsis nihilominus Periodorum legibus, ac vinculis identidem Neomenia deficiant. Nam in posteriore, verbi gratia, methodo, quae in Elencho praefinitur, in annis cccv. uno die Neomenia epocham antevortunt, ac proinde epactae in antecedentia promoventur; annorum vero cccxxxi. & cccxxiv. aeternis spatia fit aequinoctiorum aequationes, & uno detracto die Neomeniarum mensuras incidit. Atqui ob Judaicos noviluniorum characteres contra ista saepius peccatur: neque tamen characterum ejusmodi constans est observatio; sed sine lege, sine arte, sine judicio, ridiculum in modum epactarum, ac Neomeniarum ratio conturbatur. Sensit hanc artificii sui labem, & infamiam Scaliger, & Clavii reprehensione cautior factus, non tamen a pristina pervicacia discessit, neque prius illud summi institutum remisit, tantum Judaicis Neomeniis, ac mediis Lunae motibus tribuendi, ut ad eas exacte, exquisitaeque civiles ac Paschales Neomenias conformaret. Saepè hoc accidisse Scaligero vidimus, ut cum errores suos emendare, ac novam aliquam rationem constitutur vellet, in fœdiora longèque magis absurda, & intoleranda peccata praecipit rueret; sic ut prioribus illis vitiosis haud paulò vitiosa succederent. Numquam id apertius, aut vehementius ab eo commissum, quam in nova Kalendarii, & anni castigatione, quam postremam omnium edidit in Hagogicis Canonibus. Cujus cum laciniosa, & per ambages ac multiplicis amfractus regularum & cautionum deflexa sit methodus, ac doctrina, hic nos eam planè ac dilucidè, quoad res feret, explicare conabimur. quod ubi fecerimus; tum quid in tota ratione minimè probandum sit, facile & a nobis exponetur, & a Lectore percipietur. Duas esse castigationis partes jam abundè constat; quarum altera in anni lunaris, ac Neomeniarum anticipatione moderanda: in aequinoctiorum progressionem, vel frænanda, vel adipiscenda altera consistit. Nam in Juliana anni forma aequinoctia laxis habentis in antecedentia retrò feruntur, iisque Neomeniarum methodus obsequitur, quarum sola aequationis locum habet in ista forma. At in typo anni Tropici, qualis est Lilianus, aequinoctia fræno quodam coërcentur, expunctis biflexilibus, & Neomenia mensuras pessum eunt: quarum tamen praecipitem celeremque descensum lunares aequationes aliquantulum inibent, quibus duplo, & eo amplius incitior est aequinoctiorum progressio. Cum enim in annis cccxi. vel ccciv. uno die novilunia gressum referant, in cccxviii. aequinoctia bido prævertunt. Scaliger in capite tertio libri I. Hagog. Canon. priorem emendationem exposuit, quae Julianum annum retinet, in eoque Neomenias lunares, habita ratione aequationis castigat.

Principio Kalendarium Julianum cum epactis descripsit. Tum quoniam post annos cccv. unius diei aequationis lunaris intervenit: in prima Tabula cyclos annorum cccv. posuit, quibus singulis totidem dies aequationis adscripsit, quot erant cycli. Inde in fronte Tabulae aureos numeros xix. disposuit: ad latus verò cyclo- rum collectorum epactas explicavit, quae tamdiu in usu sunt, quamdiu quilibet aequationis cyclos locum habet. Obtenent enim singuli versus in transversum epactas xix. quot sunt auri numeri, per undenarium aequabili incremento progressas. Primus versus transversas exhibet epactas xix. a xxi. procedentes, quae epacta auro numero I. initio Periodi Julianae primis cccv. annis congruebat, Aprilis viii. cum nulla esset adhuc Lunae aequationis. Itaque ad cyclum diemque aequationis o, sub auro numero frontali I. est epacta xxi: sub auro vero H. epacta II: & ita deinceps. In versus secundo

transverso cyclos aequationis notatur cccv. annorum; cui appositus est dies I. aequationis: hinc epactae aequales unitate majores superioribus, quoniam uno die Neomenia in antecedentia promoventur. veluti sub auro numero I. est epacta xxi: sub auro II. epacta III; atque hoc modo reliqui versus ad finem usque Tabulae epactas unitate perpetuò crescentes offerunt. Huic Tabulae duae subjectae sunt; secunda & tertia. illa characterisimè nominatur: in qua auri numeri xix. in directum positi sunt. ad eos in secundo versus, epocha Neomeniarum primis cccv. Julianae Periodi annis respondentibus applicantur. Inde characteres noviluniorum; quorum haec est methodus. Post cyclos xlii. five annos cccxviii. novilunia ad easdem ferias, non tamen dies mensium revertuntur; ita tamen ut singulis iisque cyclo annorum cccxviii. scrupulis Judaicis 905. antevortant; & post annos ferè 7100. unum diem anticipantia non amplius ad eandem feriam redeant. Igitur in Tabula tertia annos per 247. collegit, & ad eosdem litteras affixit A, B, C, D, &c. Tum Neomenias Judaicas annorum cccxviii. ab initio Julianae Periodi computatis, inventos eorum characteres in singulis secundae Tabulae cellis ordinavit. Quoniam autem post cccxviii. annos ad eandem feriam regressio fit; & si Neomenia in extremam diei particulam incurrat, post annos ferè 7100. antecedentem in feriam commigrat: sin est, ut Neomenia character in affectam jam diem, ac feriam, aut certè inchoatam incidat; post annos plures paucioresve, prout majorem minorève partem feriae momenta Neomeniarum occupant, characteris mutatio contingit: idèò ad singulos annos cyclo primi annorum cccxviii. quorum characteres in cellis Tabulae secundae digesserat, addito continuo characterè cyclo- rum cccxviii. apprehendit quoniam anno Neomenia cujuscumque auri numeri feriam mutaret, & in antecedentem procederet. Tum pro eo ac quolibet collecto cyclo, feriae mensuras fieri animadvertit, litteram ejus anni collecti propriam in Tabula tertia, in quo praecise, aut à quo proximè in anno simili Periodi mutatio fit, in ea cella notavit, quam detractis, quoad fieri potest, omnibus cccxviii. ille annus occupat, qui primus mutationem feriae invenit. Exemplis res erit notior. Sit annus cyclo lunaris hebdomadarii tertius. Is anno Periodi Julianae tertio Neomeniam habuit feria v. cujus character fuit 5, 12, 431. Ad hunc si continuè annorum cccxviii. five xlii. cyclo- rum characterem adjungas, invenies Neomeniam perpetuò in feriam v. incidere usque ad annum Periodi Julianae 5684. quo in feriam iv. incurrit. Est enim ejus character 4, 17, 1041; à quo deinceps ad annos usque circiter 7100. semper in iv. feriam competit. Proinde in cella tertia primi versus characterisimorum numero frontali o subjecti post characterem 5, ponitur littera Z, quae anno illi collecto in Tabula tertia tribuitur, qui proximè minor in eadem Tabula est anno 5684, quo feria mutari incipit. Additus est & character 4; quo docemur post annum 5681, cujus est littera Z in anno tertio cyclo hebdomadarii, non amplius feriam v. sed iv. esse sumendam. Par est annorum ceterorum ordinatio. Nam quae in cellis singulis littera inter characterisimos duos collocatur, indicat post annum illum collectum, cui in Tabula tertia littera similis attribuitur, pro primo characterè posteriorem usurpari. Quod verum esse reperies, si ad characterem anni, qui in cellam primam incurrit, cyclo- rum xlii. characteres adhas continuè. Sic annus primus Periodi hebdomadarii lunaris, qui haecenus à feria II. coeperat, & characterem habebat in anno primo Periodi Julianae, 2, 6, 846, anno demum 3953. in antecedentem feriam transitum facit. Est enim character anni illius 1, 17, 406. Idcirco littera Q in cella prima inter characteres 2, & 1, media ponitur, quae ad annum collectum proximè minorem 3952. adscribitur. Haec artificii summa. Adjecta est & Tabulae secundae pars posterior, quae Neomenias Adarim representat, eorum videlicet, qui Nisanim partis prioris antecedunt. Est ea verò pars ob lunarem aequationem, & aequinoctiorum anticipationem necessaria; quando Nisan in Iiar, & Adar in Nisan propter illas causas convertitur. Methodus eadem quae prioris partis. Sed jam Scaligerianas illas Tabulas exscribamus, & eorum usum explicemus.

PRIMA TABULA ANTICIPATIONUM Luna, & epactarum æquabilium.

Table with columns for Cycles, Days, and numerical values. Includes sub-headers 'Cycli æquales collecti' and 'Dies æquales'.

SECUNDE TABULÆ CHARACTERISMI NOUILUNIORUM numeri auri.

Table with columns for Numer. aureus, date, and numerical values. Includes sub-headers 'Pars prior' and 'Pars posterior'.

TABULÆ CHARACTERISMI NOUILUNIORUM Pars posterior.

Table with columns for Numer. aureus, date, and numerical values. Includes sub-headers 'Pars prior' and 'Pars posterior'.

TERTIA TABULA æquationis noviluniorum.

Table with 3 columns (A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M) and 3 rows (N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, a) containing numerical values.

Ufus Tabularum est iste: Dato anno Periodi Julianæ, accipe numerum proximè minorem in Tabula tertia cum littera sua, quem abijce ex anno dato Julianæ Periodi. A residuo abijce numerum proximè minorem in fronte Tabulæ secundæ: reliquum est numerus aureus. Deinde numerum proximè minorem in Tabula prima require. Numerus ei appositus est æquationis lunaris. Porro numerus aureus inventus in fronte Tabulæ I. cum aureo numero æquationis à latere, dat in angulo communi epactam æquabilem. Postquam aureum numerum, & æquationem reperisti, abijcenda est æquationis ab epocha prifca numeri auri propofiti. Tum novilunii feria investiganda hoc pacto. De anno dato Periodi Julianæ deducto proximè minori anno in Tabula tertia, de residuo auter proximè minorem numerum in fronte Tabulæ II: reliquum à latere numerum quare: angulus communis dabit characterem. Quod si littera, quæ in Tabula tertia reperta est, prior est ea, quam cella continet, character erit numerus prior. Sin eadem est, aut posterior; numerus posterior character erit. Quo invento, si dies illa, in quam epacta æquabilis cadit, è regione feræ novilunii reperitur, non opus habet castigatione. Sin aliter se habet, ea quæ est è regione veri novilunii, erit epacta castigata. Exemplum. Annus proximè futurus Christi mdcxxiv. est Periodi Julianæ 6337. Proximè minor in Tabula tertia est 6175. cum littera b. restant 162. In fronte Tabulæ II. numerus 152, cum 10. à latere dat in angulo communi, sive æquationis, 4, e, 3. Erit ergo numerus aureus x. In Tabula prima numerus proximè minor est 6080. cum æquationis dierum xx. Angulus communis respondens aureo numero frontali x, & numero 6080. dat epactam xx. Abijctis diebus 20 æquationis à xxx. Martii, quæ est epocha prifci novilunii, superest x. Martii; cui appofita est æquabilis epacta xx. Videamus utrum veri Novilunii fit index. Littera b in tertia Tabula ad 6175. adscripta prior est littera e. Ideo prior cellæ numerus 4, erit character Neomeniæ. Cyclus Solis Julianus est 1x, littera D.C. Ergo x. Martii erit feria iv. Itaque per se epacta castigata est, neque eget castigatione. Unde anno mdcxxiv. in anno Juliano, & citra dierum decem exemptionem, novilunium in x. Martii convenit, vel expunctis diebus x, in xx. Martii. Hæc anni castigatio Julianæ formæ propria est, non Tropica. De Tropica verò sequenti capite disputabit.

CAPUT XXVI.

Refutatur methodus Scaligeriana superior: ac primùm illius universè ratio, dispoftitioque discutitur.

UT solenne Paschatis festum suo tempore, ac legitime, hoc est majorum ex decreto, perageretur; anno certa est adhibita castigatio. Hæc una causa; finis iste unicus est, quem methodus omnis, & Kalendarium ordinatio potissimum intuetur: ut non ante æquinoctium celebritas incidat, neque in secundum mensẽ

rursus incurrat; hoc est ut neque celeritate præcurrat, neque tarditate peccet. Quare duas initio diximus esse castigationis partes; quarum altera lunarem annum temperat; altera æquinoctiorum æquinoctiorum occurrit. Est autem celerior æquinoctiorum, quam Neomeniarum anticipatio. Itaque à Nicæno sæculo, cum ad Gregorianam emendationem decem diebus æquinoctia motus anteverterent; Neomeniæ quatuordecim dumtaxat antecederant. Quæ doctrina & per se intellectu facilis, & à nobis antea pluribus explanata paucis hic attingenda fuit, ut ex ea primum ad convincendam ac damnandam Scaligeri methodum argumentum erueretur. Cum enim Paschalis terminus sit xiv. Luna vernalis, ut ipse docet Definit. xv: & citimus Terminus epacta sit æquinoctialis; ea scilicet quæ ad æquinoctium diem apponitur; opus est arte quadam & methodo, quæ ad æquinoctiorum præcessionem Neomenias dirigat; neque satis est lunari antegressioni adhibere modum; nisi aliquid constitatur, ex quo variis temporibus, quibus æquinoctia diverfos occupant dies, Neomenia prima, adeoque paschalis terminus definiri possit. At Scaliger unus tantum lunaris anni rationem habuit; & in solas Neomenias operam omnem emendationemque contulit. Ostendit enim quomodo Neomeniæ, quæ in annis ccciv. uno die retrocedunt, per Judaicos characteres peræquari possint. De æquinoctio verò, deque Neomeniæ Paschalis, & termini præcessionis propter celerem æquinoctii prægressionem, regulam nullam, modumque præscripsit. Capite quidem quodam Tropici anni rationem exposuit, ac docuit, quomodo ob Neomeniarum præcessionem mensis antecedens in posterioris locum succederet. sed hoc in sola Zygonis, id est autumnalis mensis Neomenia præstitit; de verno autem mense nihil præstitit; qui præcipue consulere debuit. Itaque manca est, & potissima sui parte destituta methodus. Exemplo fit annus mdcxii: cuius Paschalem Neomeniam ex doctrina Capitis illius inquiramus. Numerus proximè minor in Tabula tertia est 6175, cum littera b. Residuum de annis Periodi Julianæ 6316. est 141, quo proximè minor in secundæ Tabulæ fronte 133, reliquus est à latere numerus aureus viii, & in angulo communi character 7, Q, 6. Quia posterior est b quam Q, ideo character Neomeniæ debet esse feria vi. In tabula prima numerus lateralis proximè minor 6080. cum aureo numero in fronte posito viii, dat in angulo communi epactam xxviii, & æquationis dierum xx. Hi detracti de epocha veteri, Aprilis xxi, dant novilunii sedem in Kal. April. cyclus Solis Julianus est xvi; littera B. Unde Kalendis Aprilis feria vi. Itaque epacta ipsa castigatione non eget: eritque Neomenia Paschalis in anno mdcxii. Kalendis ipsis Aprilibus. Atqui verno æquinoctio Martii xl die contingit in anno Juliano. Ita ex doctrina castigationis à Scaligero capite III. tradita, Neomenia Paschalis secundæ mensis erit; hoc est Iiar, non Nisan: quo nihil æque Nicæna & Ecclesiasticæ regulæ contrarium. Debit enim Neomenia Paschalis Martii secundo competere in anno Juliano, & Scaligeri Kalendario, ubi est epacta xxviii.

Alterum vitium methodi totius est, quod & in aliis ab eodem traditis emendandi formis animadvertimus; in hac verò postrema multò evidentius, & gravius est: quod ex ea doctrina, Pascha Luna xiv. plerumque celebrari debet; quia termini in xiii. Lunam incidunt. Ideo si postridie Dominica sit, Pascha Lunâ xiv. peragendum erit. Anno mdcxxiv. aureo numero viii, epacta xxviii, dies æquationis xx. detracti de epocha veteri xxi. Aprilis novilunium exhibent in Kalend. April. Cyclus est Solis xxv, littera Dominicalis E.D. Character ex Tabula secunda est 3, Martii xxxi: & revera Judæus character exhibet feriam III. Est enim 3, 17, 127; qui & Iiar Judæicus est. Quare xiv, sive terminus cadit in xiii. Aprilis, quæ biduo plenilunium medium antecedit. Accidit enim plenilunium medium Aprilis xv, horis ferè xii. post initium noctis diei xiv. Hujus enim character est 4, 11, 523; Aprilis xv. Quod si littera Dominicalis esset F, Pascha luna xiv. celebraretur. Item anno mdcxxix, cyclo xiii, Neomenia character 6, 1, 680. Martii vii. Plenilunium feria septima, cuius character 6, 20, 237; Martii xxxi. At terminus Martii xx. triduo ante Plenilunium. Quare si littera Dominicalis fuisset C, Pascha biduo Plenilunium anteverteret. Rursus annus Christi mdcxxi, est Per-

Julianæ 6294. In Tabula tertia proximè minor 6175. habet litteram B, reliqui sunt 119. Proximè minor in Tabula II. est 114. residui sunt v. à latere. qui est aureus numerus anni illius; idemque cum numero frontali 114. habet in angulo communi 2, 5, 1. Quia B. posterior v, idcirco character feria est 1, uti revera in Judaico computo reperitur. Est enim 1, 13, 233. Proximè minor in Tabula prima 6080. exhibet æquationis dies xx, & cum aureo numero frontali v. dat in communi angulo epactam æquabilem xxv. Epocha vetus est xxv. Martii; de qua detractis xx, restat v. dies Martii. cyclus erat Solis Julianus xxii, littera A. Proinde v. Martii feria 1, neque epacta castigatione opus habet. Itaque terminus, sive decima quarta convenit in xviii. Martii, feria vii; postridie dominica erit, & Pascha. Atqui Plenilunium nonnisi xx. die Martii committitur. Est enim ejus character 2, 7, 629. Igitur uno die Pascha ante Plenilunium celebrari debet ex Scaligeriana regula. Similiter anno mdcxxv, character Neomeniæ est 1, Martii xxxi. Epacta æquabilis, eademque castigata 1x. Pascha Aprilis iv. At Plenilunium in v. diem Apr. incidit. Nam character Neomeniæ est 1, 1, 1003. Plenilunii verò 1, 20, 269; feria II, cyclo Solis xxvi, littera C, Aprilis v. Sic anno mdcxxviii, Neomenia characterem habet 1, 17, 104. Aureus numerus est xii. epactam æquabilem xii, quæ per characterem emendanda venit. Cum igitur cyclus sit Julianus 1, littera GF, Neomenia cadit in xviii. Martii, epacta xiii. Dominica Paschalis decima quinta die accidit, Martii xxxi: cum tamen Plenilunium Kal. Apr. eveniret, feria 2, 11, 500; hora ferè sexta matutina. Idem & in aliis pluribus annis vitium intervenit, uti Pascha uno vel duobus, vel etiam tribus ante Plenilunium diebus ex doctrina ista celebraretur; quod in Elencho Clavii ostendit. Hæc enim Paschalis 2, 12, 992 hac in postrema Kalendarii forma, quam in Ifig. Canonibus edidit, multò insignior est, minusque tergiversatione dissimulari potest. Nam quod in lib. iv. de Emend. & in Elencho Gregoriani Kalend. utcumque remedium adhibuerat, id sibi in Ifig. Can. eripuit. Erat autem illud, quod Pascha Plenilunio celebrari vetabat. Quod est præcis Ecclesiæ ac Patrum omnium institutum contrarium esset, nec sine incredibile vel stupore, vel temeritate præscriptum à Scaligero fuisset, id effiebat tamen, ne Luna xii, vel xiii, vel xiv. solenne illud ageretur. At in Ifig. Canonibus terminum Paschalem docet esse lunam xiv; Pascha verò proxima post terminum Dominica celebrari jubet, Luna xv, & Plenilunio. Quod adeo persualum illic habet, ut Clavium etiam inest, quod ejus quartadecim in Plenilunium incidat, ideoque Pascha Luna xii. celebraretur. Itaque ex hoc, inquit, tam sædo, tam crasso, tam stupido errore semper Pascha celebrari necesse est, xiii. Luna, contra & rationem Lunæ, & veterem ritum Ecclesiæ, quotiescumque terminus in Dominicam incidit. At nihil in Clavium, atque Ecclesiæ veteris ritibus discendunt; quid homine isto stupidius fuit, qui toties & in libris de Emend. & in Elencho antè statuit, Pascha nunquam Plenilunio esse celebrandum, idque novum esse dixit; negare Pascha non celebrandum esse Plenilunio? Quam quidem absurdum ejus doctrinam Sethus Calvisius acerrimè defendit; cum ipsemet illius auctor ac magister eandem non retractarit modo postea, sed etiam foedi & intolerandi ejusdam stuporis arguerit. Ac quam præter omnem modum hac in re peccaverit Scaliger, ex eo potes intueri. Etenim licet, ut nos antè declaravimus, Liliæ Neomenia de industria uno die summatò fuerint, non tamen in Plenilunium termini Paschales incurunt: sed ferè semper uno illud die prævertunt; & quamquam in Plenilunium nonnumquam incidant, nihil in eo tamen contra Nicænas sanctiones committitur; neque que Luna xii. propterea celebrari dicitur. Quippe Canon ille vetus, quo Paschalis limes xxi. Luna præfinitur, non eam vim habet, ut in terminum Paschalem Plenilunium medium ac celeste nunquam cadat omnino. Id enim propter sideris anomaliam caveri perpetuò non potest. Sed ut ab ea die, in qua civilis & Ecclesiastica Neomenia constituta est, decima quarta

dies terminus habeatur; à quo proxima Dominica sit Paschalis. Unde ultra xxi. Lunam, civilem videlicet, & cyclicam, proferri Pascha non debet. Quod cum in Gregoriana forma diligentissime servetur, à Scaligero turpissimè conturbatum est; non solum in prioribus libris, sed etiam Ifigogicis in Canonibus. Nam prioribus quidem in Kalendarii descriptionibus, cum Neomenias Paschales ad Judaicos characteres, mediòque Lunæ motus expenderet, inde fiebat; ut Plenilunium ferè numquam in xv. à Neomenia diem incideret, sed in xvi. sæpius: aliquando etiam in xvii. Quare si verum est, madidis cantat quod Scaliger alii, Plenilunio Pascha celebrari non posse: quotiescumque Plenilunium in Dominicam incurret, & xv. Luna biduo Plenilunium præcedet, celebrandum erit Pascha Luna xxiv. secundum methodum. quod ut rariùs eveniet; ita sæpenumero xxi. Luna peragetur. Id quod etiam in postrema illa Kalendarii methodo Canonum Ifigogicorum accidit. Quandoquidem enim decima quarta Ifig. Can. Paschalis sæpenumero Paschalis est xiii, imò xii, pag. 181. celestis, & Plenilunium biduo postea plerumque committitur: si ita res ferat, ut decima quarta dies à Neomenia biduo Plenilunium anteverrat, & in Sabbatum exempli gratiã cadat; Pascha ritè Dominica sequente celebrari non poterit. Neque enim ante Plenilunium indici solenne Paschatis permittit: & Lilianos ideo redarguit, quod ante Plenilunium Pascha anno mdcxxviii peregerint; de quo postea. Quocirca diffundendum erit Pascha in Dominicam proximam, quæ est xxii. dies à Neomenia. velut in annis illis factum est, quos supra recensui. Nam in anno mdcxxxi, Neomenia cadit in feriam I, Pascha in diem xv. à Neomenia, qui est xix. Martii. at Plenilunium medium accidit Martii xx. feria II. Quare Pascha in xxvi. Martii summovendum fuit, quæ est Luna xxii. Sic anno mdcxxviii, Neomenia commissa est, Martii xvii, feria I, Plenilunium Kalendis ipsis Aprilibus, feria II, proinde Pascha ritè celebrandum fuit April. vii, Luna xxii. Denique quoties ferè Neomenia Scaligeriana in feriam primam incurrit; Pascha, quod ipse uno die ante Plenilunium indicit, in Lunam xxii. ex ejus regulis transferri debet. Neque enim ante Plenilunium celebrari Pascha permittit Scaliger. Itaque in xxii. Lunam diffundendum erit. Non potest illustrius inscitie istius exemplum afferri, quam Pascha anni mdcv, quod à Catholicis non ritè celebratum arguit Scaliger; eo quod in Lunam xxii. ab iis conjunctum sit, quod ille crassum errorem & aversivum appellat. Ifig. Can. Neomeniæ quippe character est, 1, 3, 209, feria I, cyclo Solis xvii, littera F. Quare Neomenia incidit in x. Martii in anno Juliano, vel xx, in anno Liliano, cuius littera B. Itaque Martii xxiii. Paschalis terminus congruit, feria vii, & postridie, xxiv. Martii Dominica Paschalis in anno Juliano; in Liliano, Aprilis III. Ita celebrandum fuisse Pascha censet Scaliger, & Clavium asperius infectatur, qui non ad eum modum sese conformavit. Siquidem in Liliano Kalendario ex eo, quod epacta xxx. Kalendis Martii appofita sit, epacta Julianâ xx, quæ anno illi competit, tribuitur Martii xi: epacta verò Liliânâ x. cadit in xxi. Martii: quo fit ut terminus Paschalis in anno Juliano conveniat in xxv. Martii, feriam I, adeoque Pascha in xxxi. Martii differatur, Lunam xiii: in anno verò Liliano Neomenia congruit Martii xxi, terminus verò Aprilis III, feria I. unde Pascha in Aprilis x. summovetur, quæ est Luna xxii. In hoc ipso Paschatis exemplo constat quam imperitè & absurdè Scaliger methodum illam ordinaverit. Nam Plenilunii character anno illo fuit 1, 21, 605; feria II, Martii xxv. in anno Juliano; in Liliano autem, Aprilis iv. Quare Pascha Luna xiv. celebrari jussit Scaliger uno videlicet die ante Plenilunium. Quod si nefas est ante Plenilunium solenne illud indici, necessariò isdem diebus in Juliano, & Liliano Kalendario peragendum à Scaligero fuit, quibus & Catholici ex Gregoriana forma celebrant. Quod si, uti debuit, fecisset Scaliger; tum in Lunam xxii. Pascha contulisset, non eo modo, quo id egisse, Catholicos arguit; sed planè turpiter, & adversus tam recentis decretum suum, quam Christianorum omnium consuetudinem. Nam die xxii. à Neomenia Pascha contigisset; quod in Gregoriano typo neque tunc factum est, neque committeretur umquam. Quod enim

Pascha celebratum à nostris afferit Lunâ xxii, id Luna dumtaxat xxi. incidit; hoc est xxi. die à Neomenia; tametsi xxii. dies numerata sit à die Novilunii, quod secundum medios motus incurrit in x. Martii in anno Juliano, vel xx. in Liliiano. Hujus rei causa jam à nobis est allata; videlicet quod Plenilunium xvi. plerumque die à Novilunio contingit, propter anomaliam sphaeræ lunarium. Idcirco rectè ac prudenter institutum à Gregorio diximus, ut Neomenia civiles, & Ecclesiastica uno die post Novilunium media defigerentur; quo termini uno die tantum oppositiones medias præcederent. Quamobrem stupide, & imprudenter reprehendit Scaliger Lilianum methodum, quæ Pascha anni mdcv. celebrari jussit Aprilis x, hoc est die xxi. à Neomenia civili. Ipse autem duorum absurdissimorum hoc in negotio alterum evitare non potest; ut sive Martii xxiv. in anno Juliano, in Liliiano verò Aprilis III. Pascha celebret, id uno ante Plenilunium die peragat; sive non ante Plenilunium velit indicere, xxii, à Neomenia civili Pascha præscribat. Utrum elegerit, adversus hypothesein ac præscripta sua faciet. Hæc cæcitas, & aversio tanta est, ut mirum sit in cujusquam animo incidere potuisse.

Ad extremum magno illo, ac præcipuo vitio tota methodus laborat; quod perplexa est, & obscuritatibus, atque ambagibus innumeris, ac tricis referta; adeo ut sine ingenti molestia, & cautionum, ac regularum, quæ aliis aliis conferta sunt, fastidioso contextu ad usum applicari nequeat. Neque enim orbis ullus est epactarum æquabilis; qui memoria contineri, vel arguta digitorum percussione tractari possit: verum omnia mediis ex Luna motibus, ac Neomeniarum characteribus pendunt; quæ res propter anomaliam sideris, & rationum minutias difficilis est, neque civilem ad usum, popularèque captum; ad quem dirigi potissimum methodus illa debet, accommodari se patitur. Quamobrem neque Neomeniarum epochæ, neque termini Paschales ratas & constantes in Calendario stationes habent: neque certa, & æquabili descriptione ultrò citroque procedunt: quemadmodum in Liliana forma præclare, ac sapienter ordinatum videmus: ubi per centenos vel singulos, vel aliquoties repetitos progressiva

mutatio capri facilis est, & æquabili tenore ac methodo percurritur. Apud Scaligerum verò ne in eodem quidem Luna cyclo regulæ sibi constant: sed pro eo ac Neomeniarum character exigit, præscripta omnia legesque perfringuntur. quod per singulas propemodum artificii partes singillatim in sequentibus ostenditur.

CAPUT XXVII.

Kalendarium Scaligerianum, quod Lib. I. Cap. III. Itaq. Canon. proponitur: ejusque contextus generatim discussus.

UT à capite ipso methodi disputationem exordiar, Kalendarium hoc loco Scaligerianum adscribere placuit, quod ab aliis diversum est, quæ in Opere de Emendatione Temp. & Elencho Gregoriani Kalendarii descripsit. Epactarum quidem epocha non alia est, quàm in prioribus: à Kalendis scilicet Martii: ita ut Januarii epacta cum Decembri continuentur. Sed Kalendis Martii apposta est epacta xxix, non ut illic, xxx. Tum in eodem mense primo nullum est Epactarum collegium; sed in Aprilii tantum; in quo epacta o & xxix. copulantur. At in Elencho Martii xxxi. diei apponuntur epacta illæ duæ: In prima autem editione Operis de Emendatione Temp. pag. 418. lib. viii, Epactarum concursus in Martio nullus est, sed in Aprilii: neque xxx, & xxix, sed i. & xxx. coeunt. Accessit ad postremum Kalendarii typum in Itagogicis Canonibus, alter Epactarum ordo. Est enim duplex: unus Romanis figuris; alter Saracenicis perscriptus. In priori epacta à xxix. inèunt, sine ullo concursu binarum in Martio mense. Itaque plenæ sunt lunares syzygiæ. In secundo prima ad Kalendas Martias adhibetur epacta o, & ut cava sit lunatio, omittitur ad xxx. Martii, ubi post i. statim 29. succedit. Ideo verò altera illa series Epactarum additur, ut quando lunatio à Martio incipit, id est ante ultimum mensis diem, Latine perscriptis utamur epactis: quando autem post xxx. Martii diem syzygiæ inchoantur, tunc Saracenicæ substituantur; quod lunationem primam plenam esse, non cavam oporteat. Cetera eadem atque in prioribus Kalendaris.

KALENDARIUM JULIANUM.

VII. Gamelion.				VIII. Antheferion.				IX. Elaphebolion.				
IV. Giumadun alter.				V. Regiabu.				VI. Sahabenu.				
IV. Canun alter.				V. Afchbat.				VI. Adar.				
IV. Audinaus.				V. Peritius.				VI. Dyitros.				
I. Januarius.				II. Februarius.				III. Martius.				
Dies mensis.	Epacta.	Epacta.	Dies mensis.	Epacta.	Epacta.	Dies mensis.	Epacta.	Epacta.	Dies mensis.	Epacta.	Epacta.	
1 Cal.	A xvij	19	1 Cal.	D xvij	17	1 Cal.	D xxix	0	1 Cal.	D xxix	0	
2 iv Non.	B xvij	18	2 iv Non.	E xvj	16	2 vi Non.	E xxvii	29	2 vi Non.	E xxvii	29	
3 iii Non.	C xvj	17	3 iii Non.	F xv	15	3 v Non.	F xxvij	28	3 v Non.	F xxvij	28	
4 Prid. Non.	D xv	16	4 Prid. Non.	G xiv	14	4 iv Non.	G xxvj	27	4 iv Non.	G xxvj	27	
5 Nonæ.	E xiv	15	5 Nonæ.	A xiiij	13	5 iii Non.	A xxv	26	5 iii Non.	A xxv	26	
6 viii Id.	F xiiij	14	6 viii Id.	B xij	12	6 Prid. Non.	B xxiv	25	6 Prid. Non.	B xxiv	25	
7 vii Id.	G xij	13	7 vii Id.	C xi	11	7 Nonæ.	C xxiiij	24	7 Nonæ.	C xxiiij	24	
8 vi Id.	A xi	12	8 vi Id.	D x	10	8 viii Id.	D xxij	23	8 viii Id.	D xxij	23	
9 v Id.	B x	11	9 v Id.	E ix	9	9 vii Id.	E xxj	22	9 vii Id.	E xxj	22	
10 iv Id.	C ix	10	10 iv Id.	F viij	8	10 vi Id.	F xx	21	10 vi Id.	F xx	21	
11 iii Id.	D viij	9	11 iii Id.	G vij	7	11 v Id.	G xix	20	11 v Id.	G xix	20	
12 Prid. Id.	E viij	8	12 Prid. Id.	A vj	6	12 iv Id.	A xviiij	19	12 iv Id.	A xviiij	19	
13 Idus.	F vj	7	13 Idus.	B v	5	13 iii Id.	B xvij	18	13 iii Id.	B xvij	18	
14 xix Cal.	G v	6	14 xix Cal.	C iv	4	14 Prid. Id.	C xvj	17	14 Prid. Id.	C xvj	17	
15 xviii Cal.	A iiij	5	15 xv Cal.	D iiij	3	15 Idus.	D xv	16	15 Idus.	D xv	16	
16 xvii Cal.	B iiij	4	16 xiv Cal.	E ij	2	16 xviii Cal.	E xiv	15	16 xviii Cal.	E xiv	15	
17 xvi Cal.	C ij	3	17 xiii Cal.	F j	1	17 xvi Cal.	F xiiij	14	17 xvi Cal.	F xiiij	14	
18 xv Cal.	D j	2	18 xii Cal.	G xxix	0	18 xv Cal.	G xij	13	18 xv Cal.	G xij	13	
19 xiv Cal.	E *	1	19 xi Cal.	A xxviiij	29	19 xiv Cal.	A xj	12	19 xiv Cal.	A xj	12	
20 xiii Cal.	F xxix	29	20 x Cal.	B xxvij	28	20 xiii Cal.	B x	11	20 xiii Cal.	B x	11	
21 xii Cal.	G xxviiij	28	21 ix Cal.	C xxvj	27	21 xii Cal.	C ix	10	21 xii Cal.	C ix	10	
22 xi Cal.	A xxvij	27	22 viii Cal.	D xxv	26	22 xi Cal.	D viij	9	22 xi Cal.	D viij	9	
23 x Cal.	B xxvj	26	23 vii Cal.	E xxiv	25	23 x Cal.	E vij	8	23 x Cal.	E vij	8	
24 ix Cal.	C xxv	25	Bissexturnum.				24 ix Cal.	F vj	7	24 ix Cal.	F vj	7
25 viii Cal.	D xxiv	24	24 vi Cal.	F xxiiij	24	25 viii Cal.	G v	6	25 viii Cal.	G v	6	
26 vii Cal.	E xxiiij	23	25 v Cal.	G xxij	23	26 vii Cal.	A iv	5	26 vii Cal.	A iv	5	
27 vi Cal.	F xxij	22	26 iv Cal.	A xxj	22	27 vi Cal.	B iiij	4	27 vi Cal.	B iiij	4	
28 v Cal.	G xxj	21	27 iii Cal.	B xx	21	28 v Cal.	C ij	3	28 v Cal.	C ij	3	
29 iv Cal.	A xx	20	28 Prid. Cal.	C xix	20	29 iv Cal.	D j	2	29 iv Cal.	D j	2	
30 iii Cal.	B xix	19				30 iii Cal.	E *	1	30 iii Cal.	E *	1	
31 Prid. Cal.	C xxvij	18				31 Prid. Cal.	F xxix	29	31 Prid. Cal.	F xxix	29	

KALENDARIVM JULIANVM.

X. Munychion.				XI. Thargelion.				XII. Scirrhophorion.			
VII. Ramadhanu.				VIII. Schewala.				IX. Dulkaidathi.			
VII. Nisan.				VIII. Iar.				IX. Haziran.			
VII. Xanthicos.				VIII. Artemifius.				IX. Dæsius.			
IV. Aprilis.				V. Maius.				VI. Junius.			
Dies mensis.	Epactæ.			Dies mensis.	Epactæ.			Dies mensis.	Epactæ.		
1 Cal.	G xxviii	28		1 Cal.	B xxvij	28		1 Cal.	E xxvj	26	
2 iv Non.	A xxvij	27		2 iv Non.	C xxvj	27		2 iv Non.	F xxv	25	
3 iiii Non.	B xxvj	26		3 v Non.	D xxv	26		3 iiii Non.	G xxiv	24	
4 Prid. Non.	C xxv	25		4 iv Non.	E xxiv	25		4 Prid. Non.	A xxij	23	
5 Nonæ.	D xxiv	24		5 iiii Non.	F xxij	24		5 Nonæ.	B xxij	22	
6 viii Id.	E xxij	23		6 Prid. Non.	G xxj	23		6 viii Id.	C xx	21	
7 vii Id.	F xxj	22		7 Nonæ.	A xxj	22		7 vii Id.	D xx	20	
8 vi Id.	G xxj	21		8 viii Id.	B xx	21		8 vi Id.	E xix	19	
9 v Id.	A xx	20		9 vii Id.	C xix	20		9 v Id.	F xvij	18	
10 iv Id.	B xix	19		10 vi Id.	D xvij	19		10 iv Id.	G xvij	17	
11 iiii Id.	C xvij	18		11 v Id.	E xvij	18		11 iiii Id.	A xvj	16	
12 Prid. Id.	D xvij	17		12 iv Id.	F xvj	17		12 Prid. Id.	B xv	15	
13 Idus.	E xvj	16		13 iiii Id.	G xv	16		13 Idus.	C xiv	14	
14 xviii Cal.	F xv	15		14 Prid. Id.	A xiv	15		14 xviii Cal.	D xij	13	
15 xvii Cal.	G xiv	14		15 Idus.	B xij	14		15 xvii Cal.	E xij	12	
16 xvi Cal.	A xij	13		16 xviii Cal.	C xij	13		16 xvi Cal.	F xj	11	
17 xv Cal.	B xij	12		17 xvi Cal.	D xj	12		17 xv Cal.	G x	10	
18 xiv Cal.	C xj	11		18 xv Cal.	E x	11		18 xiv Cal.	A ix	9	
19 xiii Cal.	D x	10		19 xiv Cal.	F ix	10		19 xiii Cal.	B viij	8	
20 xii Cal.	E ix	9		20 xiii Cal.	G viij	9		20 xii Cal.	C vij	7	
21 xi Cal.	F viij	8		21 xii Cal.	A vij	8		21 xi Cal.	D vj	6	
22 x Cal.	G vij	7		22 xi Cal.	B vj	7		22 x Cal.	E v	5	
23 ix Cal.	A vj	6		23 x Cal.	C v	6		23 ix Cal.	F iv	4	
24 viii Cal.	B v	5		24 ix Cal.	D iv	5		24 viii Cal.	G iij	3	
25 vii Cal.	C iij	4		25 viii Cal.	E iij	4		25 vii Cal.	A ij	2	
26 vi Cal.	D iij	3		26 vii Cal.	F ij	3		26 vi Cal.	B ij	1	
27 v Cal.	E ij	2		27 vi Cal.	G j	2		27 v Cal.	C xxix*	0	
28 iv Cal.	F j	1		28 v Cal.	A *	1		28 iv Cal.	D xxvij	29	
29 iiii Cal.	G xxix*	0		29 iv Cal.	B xxix	29		29 iiii Cal.	E xxvij	28	
30 Prid. Cal.	A xxvij	29		30 iiii Cal.	C xxvij	28		30 Prid. Cal.	F xxvj	27	
				31 Prid. Cal.	D xxvij	27					

KALENDARIVM JULIANVM.

I. Hecatombron.				II. Metagitnion.				III. Boëdromion.			
X. Dulhagiathi.				XI. Muharramu.				XII. Tzepharu.			
X. Tamuz.				XI. Ab.				VII. Iul.			
X. Pancmos.				XI. Lous.				XII. Gorpiaus.			
VII. Julius.				VIII. Augustus.				IX. September.			
Dies mensis.	Epactæ.			Dies mensis.	Epactæ.			Dies mensis.	Epactæ.		
1 Cal.	G xxv	26		1 Cal.	C xxiv	24		1 Cal.	F xxij	23	
2 vi Non.	A xxiv	25		2 iv Non.	D xxij	23		2 iv Non.	G xxj	22	
3 v Non.	B xxij	24		3 iiii Non.	E xxj	22		3 iiii Non.	A xx	21	
4 iv Non.	C xxj	23		4 Prid. Non.	F xxj	21		4 Prid. Non.	B xix	20	
5 Nonæ.	D xx	22		5 Nonæ.	G xx	20		5 Nonæ.	C xvij	19	
6 viii Id.	E xx	21		6 viii Id.	A xix	19		6 viii Id.	D xvij	18	
7 vii Id.	F xix	20		7 vii Id.	B xvij	18		7 vii Id.	E xvj	17	
8 vi Id.	G xvij	19		8 vi Id.	C xvij	17		8 vi Id.	F xv	16	
9 v Id.	A xvij	18		9 v Id.	D xvj	16		9 v Id.	G xiv	15	
10 iv Id.	B xvj	17		10 iv Id.	E xv	15		10 iv Id.	A xij	14	
11 iiii Id.	C xv	16		11 iiii Id.	F xv	14		11 iiii Id.	B xij	13	
12 iv Id.	D xiv	15		12 Prid. Id.	G xij	13		12 Prid. Id.	C xj	12	
13 Idus.	E xij	14		13 Idus.	A xij	12		13 Idus.	D x	11	
14 xviii Cal.	F xj	13		14 xix Cal.	B xj	11		14 xviii Cal.	E ix	10	
15 xvii Cal.	G xj	12		15 xviii Cal.	C x	10		15 xvii Cal.	F viij	9	
16 xvi Cal.	A x	11		16 xvii Cal.	D ix	9		16 xvi Cal.	G vij	8	
17 xv Cal.	B ix	10		17 xvi Cal.	E viij	8		17 xv Cal.	A vj	7	
18 xiv Cal.	C viij	9		18 xv Cal.	F viij	7		18 xiv Cal.	B v	6	
19 xiii Cal.	D vij	8		19 xiv Cal.	G vj	6		19 xiii Cal.	C viij	5	
20 xii Cal.	E vj	7		20 xviii Cal.	A v	5		20 xii Cal.	D iij	4	
21 xi Cal.	F v	6		21 xii Cal.	B iij	4		21 xi Cal.	E ij	3	
22 x Cal.	G iij	5		22 xi Cal.	C iij	3		22 x Cal.	F j	2	
23 ix Cal.	A iij	4		23 x Cal.	D ij	2		23 ix Cal.	G *	1	
24 viii Cal.	B ij	3		24 ix Cal.	E j	1		24 viii Cal.	A xxix	29	
25 vii Cal.	C j	2		25 viii Cal.	F xxix*	0		25 vii Cal.	B xxvij	28	
26 vi Cal.	D *	1		26 vii Cal.	G xxvij	29		26 vi Cal.	C xxvij	27	
27 v Cal.	E xxix*	29		27 vi Cal.	A xxvij	28		27 v Cal.	D xxvj	26	
28 iv Cal.	F xxvij	28		28 v Cal.	B xxvj	27		28 iv Cal.	E xxv	25	
29 iiii Cal.	G xxvij	27		29 iv Cal.	C xxv	26		29 iiii Cal.	F xxiv	24	
30 iiii Cal.	A xxvj	26		30 iiii Cal.	D xxiv	25		30 Prid. Cal.	G xxij	23	
31 Prid. Cal.	B xxv	25		31 Prid. Cal.	E xxij	24					

KALENDARIVM JULIANVM.

III. Pyanepfion. I. Rabin prior. I. Tifin prior. I. Hyperberetaus. X. October.

V. Mameaerion. II. Rabin alter. II. Tifin alter. II. Dias. XI. November.

VI. Pofideon. III. Giumadium prior. III. Canun prior. III. Apellaus. XII. December.

Table with 3 columns of monthly calendars (I, II, III) showing days of the month, Roman numerals (Cal., Non., Id., etc.), and Epactae values.

In Scaligeriano isto Calendario, perinde ut in reliquis ab eodem editis, quicquid probabile est, & commendatione dignum, id alienum esse scias, & tralatitium, nimirum ex Liliano typo derivatum. quicquid vero ex ingenio suo ad illud addidit, ac fecus sese habet, quam in Gregoriano; id omne vitiosum, ac depravatam est. Primum illud occurrit, perperam ab eo, in seipsoque factum, quod epactarum cyclum a Martii Kalendis, non a Januarii exorsus est. Quod tametsi non multum interfit, si rem ipsam, usumque consideres, nihilominus ea mente, consilioque id innovavit Scaliger, quod non medicorem illius artis imperitiam ostendit. Nam in lib. III. Itaq. can. causas affert duas, quare a Martio potius, quam a Januario progredi epactas oporteat. prima est, quod ita vetus Ecclesie usus tulit, ut Paschales epactae a Paschali mense procederent: altera, quod si a Januario ducatur initium, interuentu bissexti tenorem epactarum interrumpi necesse sit. Sed ambae illae causae summam Computisticae artis incertitiam auctoris ipsius arguunt. Quod enim ad priorem spectat; idem apud veteres epactarum, sive numerorum potius aureorum initium fuisse dicimus, quod in Gregoriana forma. Nam verum est prius a Paschali mense cyclum suos lunares incepisse: sed non ideo cyclorum, & aureorum numerorum descriptio aliunde quam a Januario progressa est. Duplex enim exordium anni fuit: alterum civilis a Januario; a quo & numerus dierum, & cyclus aureorum numerorum initium sumpsit: alterum Ecclesiasticum, sive Paschalis, quod a Martio, vel Aprili coepit; hoc est a xxxi. Martii, ubi erat cyclus i. ex nonnullorum sententia; vel a v. Aprilis, ad quem aureus numerus xix. appositus fuit; a quo perlique omnes, ut Dionysius, Beda, ac praecipui quique Computi Paschalis auctores cyclum inchoant: ut in lib. II. copiose disputauimus. Sed nullus unquam propterea cycli, & aureorum numerorum descriptionem a Kal. Martii auspiciatus est. Unde vel ex eo capite inutilis est prior illa Scaligeri ratiocinatio, qui se vetustatis imitatione epactarum Periodum a Kal. Martii inchoasse tradit. Nam si ab epocha anni primi mensis esse antiquorum sententia cycli ordiendus fuit, debuit epacta prima ad Martii xxiii, vel v. Apr. adscribi. A Kalendis vero Martii nemo unquam primum mensis incepit, cum Neomenia, quae ab illis, & sequentibus vi. diebus init non primi mensis, sed ultimi sit. Verum aliter ab antiquis institutum esse, vel Calendarium ipsum Romanum peruetus argumento erit; quod a Beda descriptum inter ejus opera legitur. tum ex his patet, quae tam ipse, quam Dionysius, alique vetustissimi Computi magistri memoris prodiderunt. Quorum omnium testimonio liquet, eiusmodi semper aureorum numerorum descriptionem in Calendario fuisse, ut ad Januarias Kalendas, & Martias Cyclus tertius apponeretur; ad ultimum vero Decembris, cyclus xiiii. Porro si a Martio, ejusque die prima numeri aurei progredierentur, post cyclum xiiii, ad Kal. Jan. adscribendus erat cyclus II, qui octo unitatibus major est priore; quemadmodum epacta xxiiii, quae cyclo xiiii. respondebat, aequiue epacta xxii. succedit, quam cyclus II. postulat. sicut etiam in Scaligeriano Calendario post epactam xix. in fine Decembris positam, proximè sequitur epacta xviii. ad Januarias Kalendas apposita. Quocirca Latini Computisticae numquam cycli Paschalis, hoc est aureorum numerorum seriem in Calendario descriptam a Kal. Martii, sed Januarius exorsus fuit. sed nec Alexandrini; a quibus doctrinam hanc omnem Latini mutuati sunt. Qui cum civilem annum a Neomenia Thoth, quae xxix. Augusti conveniebat, inchoarent, indidem & aureorum numerorum propagationem ceperunt. Unde cum ad ultimum diem epagomenon aureus numerus xix. notatus esset, ad II. diem Thoth non viii, sed ix. adscriperunt, unitate majorem, quam ratio cyclorum exigeret, si perpetua serie aurei numeri mensis Thoth ultimi mensis aureis numeris succederent. Atqui iidem Alexandrini mensis primum Paschalem, & Ecclesiasticum esse voluerunt illum, qui in Pharmuthi desineret; cujus videlicet Neomenia a xii. Phamenoth & deinceps iniret. Quare numerorum aureorum, & quod idem est, epactarum orbis non a mense primo Paschali, neque Juliano illo, in quem mensis iste cadit, sed a civilis anni primordio proficitur; & qui alium in Calendario suo ordinem

instituit, uti Scaliger, & reliqui, ab antiquorum usi, & Ecclesiae consuetudine praeposito novitatis studio desciscunt. Nam & ipsimet Judaei, quibus tantopere additus est Scaliger, etsi primum mensis Ecclesiasticum Nisan haberent, ante quem embolimum Adar inculcabunt, nihilominus cyclum lunarem, & anni dispositum a Neomenia prima anni civilis, hoc est a Tisri autumnali mense ducebant. Altera causa, quae Scaligerum induxit, ut Epactas a Martio potissimum inchoaret, nempe ut epactarum tenorem bissextilis dies non interrumpere; ineptissima est. Neque enim propterea in Gregoriano Calendario epactarum series interrumpitur. Imo vero Scaliger id ipse committit. Nam ex Liliana methodo, interveniente bissexto, mensis lunaris, in quem dies intercalaris incurrit, vel tricenarius fit, & plenus ex cavo; vel si plenus jam erat, uno die longior est. quod & ab antiquis esse factum; neque ullum incommodum ex eo nasci, supra demonstravimus. Quippe lunaris annus, lunariumque mensium descriptio, non Astronomica, vel Judaica; sed Ecclesiastica, & popularis adhibetur. Quod si praefractè agere oporteat, non minus lunaris anni conditioni repugnat binos vel ternos continuari menses tricenarios, vel cavos, quam unum aliquem extra ordinem xxxi. diebus constare. Atqui prius illud a Judaeis, etiam citra embolimum, usurpatum esse Scaliger agnoscit: & ipsemet idem in Calendario suo facit cogitur; quandoquidem Neomeniarum Judaicarum characteribus obsequi studet. Ex quo illud efficitur, ut epactarum ac cyclorum ordo praepositer turbetur; dum ante epactarum vel mensium legitimum tempus, epactas ultrò citroque promovet, quo Judaicis illis characteribus occurrant. Est etiam alterum in Scaligeriano Calendarii typo perperam, & contra usum antiquitatis institutum, quod epactas Saracenicis in eum finem adjunctis, uti primus mensis, a quo videlicet Ecclesiasticus annus inchoatur, plenus sit, non cavus. Quando enim Neomenia ante xxxi. Martii incidit, sumit epactas Romanas, quae sine ullo binarum collegio, explicatam habent seriem ad xxxix. Aprilis usque. Quando autem a xxxi. Martii ineunt Neomeniae, tunc Saracenicis utitur, quae ab eo die plenum mensis exhibent. Sed haec ratio doctrinae veterum adversatur; qui primum mensis cavum statuerunt: imprimis Alexandrini; tum eorum exemplo Romani: primum, inquam Paschalem, non civilem. Nam civilis primus plenam habuit syzygiam. Verbi gratia lunationes omnes, quae in Thoth desinunt, plenae sunt apud Alexandrinos; apud Latinos vero, quae in Januarius, aut Martium; quoniam civiles mentes isti sunt ordine primi. At primus mensis paschalis, quoniam in civilem mensis imparem desinit; apud Alexandrinos quidem in Pharmuthi; apud Romanos in Aprilem; quorum ille octavus, iste quartus est: inde fit, ut eorum syzygiae cavae sint. Ad hunc finem in veteri Calendario aureus numerus xvi. aequiue subiciebatur aureo viii. praeter ordinem, & ad vi. Aprilis apponebatur; cum in septimo poni deberit: in Gregorianâ formâ epacta duae xxiv, & xxv. in eundem diem conferuntur; idque alternis utrobique fit in cyclorum descriptione; de qua re antea diximus. In quo vulgarem proteritamque rem ignoravit Scaliger; quam Computistica docent; nimirum ei mensi, in quem desinit lunatio, eam esse tribuendam. cujus cautionis incertitia multum in epactarum ordinatione peccat; quatenus lunationes omnes, quae in Aprilem desinunt, plenas constituit. Ex eo vero vitium illud sequitur, quod alias reprehendi solet a Scaligero, ut priores duae anni syzygiae plenae sint; neque plenorum cavorumque mensium alternatio servetur; cujus tamen unius gratia istiusmodi se epactarum ordinatione usum esse confirmat. Esto enim aequinoctium in xi. Martii, in Juliano typo: citima Neomenia Paschalis erit in xxvi. Februarii, si qua demum in illum diem incidat; quod hoc saeculo non contingit. Itaque citima erit in xxvii. Febr. aureo numero xi, & epacta i. Haec igitur prima erit Neomenia lunaris anni, atque Paschalis; cujus xiv. postera dies ab aequinoctiali cardine. Eadem & plena fit, quandoquidem in xxvii. Martii desinit. Sequens itidem erit plena. Nam in Apr. xxvii. terminatur. Exemplum: Anno Christi mdcxxv, qui est Per. Jul. 6338. proximè minor in Tabula III. Scaligeri est 6175. cum littera B. Detrahitis

De bissextili die qui lunationibus accedit.

Primus mensis Paschalis cavus est.

In

Detrahitur 6175. de 6338, restant 163. de quibus iterum subducitur in fronte Tabula II. numerus 152, relinquit à latere aureum numerum XI. Quoniam verò aureus iste in veteri Calendario Aprilis secundo congruebat, & Neomenia ab eodem iniens post decem dierum $\omega\epsilon\gamma\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ æquabilem in Iar transit, ac Paschalis esse desistit, numero illo currente idcirco in posteriori Tabula secundæ parte characterè investigandus est. Angulus communis, in quem aureus numerus XI. à latere, & à fronte numerus 152. concurrunt, habet characterisimum 2. K I. Quia littera B posterior est quàm K, ideo character Neomenia est I. In Tabula I, proximè minor numerus lateralis 6080. dat $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ dierum XX, & cum aureo numero frontali XI. in angulo communi epactam habet I. Dies $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ XX. de epocha veteri posterioris partis Tabula II, nempe XIX. Martii detracti, relinquent sedem Neomenia XXVI. Martii. Cyclus erit Solis x. littera Juliana B. Proinde Neomenia XXVI. Februarii congruit, & epacta castigatione non indiget. Anno itaque MDCXXV. syzygia prima, & secunda plenæ erunt ac tricenariæ, quod faculo isto sæpius accidit. sequenti verò cum amba epactæ II, & XXX. in usu erunt: illa cum aureo numero XI, ista cum XIX, utroque numero currente, binæ semper syzygiæ plenæ continuabuntur. Anno MDCXX. qui est Per. Jul. 6433, aureus numerus est XI, quo minor proximè in Tabula III. dat litteram C. reliqui sunt XI, qui in versu primo partis posterioris Tab. II. habent characterisimum ad aureum numerum XI, & epocham veterem XIX. Martii, 1. Z. 7. Quia B posterior est quàm Z, character Neomenia est feria VII. In Tabula prima numerus proximè minor 6384. exhibet dies $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ XI, qui deducti de epocha veteri relinquent sedem Novilunii in XXVI. Februarii. Cyclus Solis erit XXI, littera CB. Itaque Neomenia contingit Februarii XXVI, feria VII. cuius syzygia plena erit; necnon consequens, quæ Martii XXVIII. inibit. Idem eveniet cyclo currente XIX. Quocirca alternis plenæ cavæque lunaris anni syzygiæ non erunt: sed prima & secunda XXX. diebus constabunt contra hypothesein. Hoc verò ex pravo epactarum dispositu, & Computistica artis ignoratione commissum est; quod in Liliiano Calendario non accidit. Nulla enim Paschalis Neomenia amplius quàm XXIX. dies habet, ut antiqua ratio postulat. Nec illud prætermittendum est, ex quo Scaligerianus epactarum dispositus redargui, & Lilianus approbari possit: idem, quod in aliis ab eodem illo conditis Calendariis typis accidit, & in hoc postremo contingere, ut epactæ Novilunii ita respondeant, ut earum decimæ quartæ plenilunia plerumque biduo; aliquando etiam tri duo præcedant; quod superiori capite x. probavimus, & nonnullis exemplis Clavius demonstrat cap. XVIII. Calend. Gregor. Item illud quoque, quod in Scaligeriana hypothese vitiosum habetur, intervenit, ut unius dumtaxat primi mensis epacta Novilunium medium exactè repræsentet; in reliquis mensibus uno die sæpius antecedit. In quo primum observanda est illius doctrina, quam præsertim in lib. III. Ifag. Can. capite III. proposuit. Epactas æquabiles conferre quidem ad Neomenias investigandas; sed non investigare ipsas, nisi quando non indigent castigatione. Non enim illa Noviluniorum, sed Novilunia illarum sunt regula. Nam quæ fuerit epacta primi Novilunii, ea per totum annum Novilunia reliqua designabit. Ut enim character Nisi est index epactæ castigata: ita epacta castigata reliquorum Noviluniorum index: &c. Mox: Nam quid Novilunium ostendit præter motum Luna? Ad medium igitur motum Luna characteres Noviluniorum exigimus. Quamobrem hoc methodus illa pollicetur, quod & necessarium esse decernit, ut epactæ characterum ope castigata Novilunia non in uno tantum mense, sed in reliquis etiam exactè referant. Audiamus rursum divini illius Chronologi responsum. Eodem capite ad Definit. III. Nulla, inquit, epacta vera est, nisi qua indicat Novilunium. Sic igitur epacta ceteris in mensibus Novilunia media repræsentare debet; alioqui falsa; non vera fuerit. At qui vix ulla est epacta castigata, quæ in Martio Novilunium medium ostendat, quæ non in consequentibus plerisque syzygiis uno die præcedat; quod exemplo doceretur. Anno Christi MDCIV. qui est Per. Jul. 6317, epacta castigata, & vera fuit IX, aureo numero currente IX, cyclo Solis XVIII. Littera Dom. F. G. Juliana. Novilunium itaque contigit Martii XXI. cuius character

Fig. 186.

Fig. 181.

fuit, 3, 18, 518, feria IV. propter translationem naturalem. Addito continuè characterè mensis unius, invenies eandem illam epactam uno die sæpius media Novilunia prætertere. Quippe character secundii mensis erit 5, 7, 231, feria VII, Aprilis XIX, cui affixa est epacta x. Character mensis tertii erit 6, 19, 1024, feria VII, quæ Novilunium respondentem habet epactam. At in IV. mense non congruit. Huius enim character est 1, 8, 737, Junii XVII, ubi est epacta x. Sic mense VI. Novilunii character est 4, 10, 163, Augusti XV: at epacta castigata IX, posttridie. Sic in Octobri character dat Neomeniam die XIII, feria VII. Est enim 7, 11, 669, uno die ante epactam IX. Denique Decembris XI. Neomenia per characterem exhibetur, qui est 3, 13, 95: cum tamen epacta castigata sit in XI. Et uno verbo dicam: quantumlibet epacta castigata sit, semper alternis mensibus Neomeniam ex characterè deprehensam uno die morabitur. Hinc est quod Scaliger ipse lib. I. Ifag. Can. cap. III. Canone XVIII, ita præcipit: *Ubi cumque castigata reperitur, ibi est Novilunium civile, vel Æra, & vice.* Nimirum epacta illa castigata non perpetuo Novilunia vera repræsentat. Quod si ita est; frustra se, lectoris que sum per tot methodi sinus ac flexus fatigat; ut accuratas illas, & castigatas epactas inveniat: quas cum multo labore nactus fuerit, alternis ad summum mensibus ad hypothesein suam congruentes habeat: in reliquis uno die tardiores erunt Neomenia. Et quamvis in Paschali saltem mense epacta castigata Novilunio medio conveniat, tamen ille ipse, qui videtur methodi esse fructus, in vitium atque incommodum vertitur; dum exactè ille primi mensis Neomenia decimæ quartæ, five Paschales terminos maturius, quàm Ecclesiastici Canones ferant, exhibent; quo fit ut Pascha uno ante plenilunium die nonnumquam incidat.

CAPUT XXVIII.

De epactarum dispositu in methodo Scaligeri, ejusque perturbata ratione, ac multis illius erroribus: tum Gregorianum $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ lunaris tempus defenditur.

QUæ in ipso Calendarii Scaligeriani contextu universè reprehendenda videntur, capite superiori perstrinximus. Deinceps singulas doctrinæ partes tam in eodem cap. III. libri I. technicis Canonibus contentas, quàm in libro III. cap. III. fusius enarratas, iisdem vel nugis, vel hallucinationibus implicatas esse demonstrabimus. Initium ab epactarum ordinatione fiet: quorum in explicanda ferie ridiculam $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ ostendat: & interduin falso imperiteque nonnulla jactat. Scribit: *olim, antequam $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ animadvertisset, per XIX. m. meroi rem esse transactam, & in primo mense, puta Martio, aut Januario in anno Juliano, aut mense Theobit in anno Diocletiano, epactam complemento suo respondentem apposuisse. Verbi gratia: in primo anno aurei numeri epacta sæculo Nicæno erat VII. complementum est XXXIII. Ergo in XXXIII. Martii apponebatur unitas pro primo anno cycli. Secundo anno cycli, epacta Nicæna erat XVIII. Complementum est XII. Proinde à regione XII. Martii apponebatur numerus II. pro secundo anno cycli. Hæc sunt falsissima. Nos libro proximè sequenti docebitur, Nicæno sæculo, & deinceps epactarum aliam fuisse rationem, quam ignoravit Scaliger. Neque enim aureo numero I. epacta VII, sed o vel XXIX. tributa est. aureo item numero II. epacta XI, non XXIII. competebat. Hæc Dionysii, Bedæ, aliorumque Computi magistrorum sententia. Proinde verum non est, veteres illos epactam VII. ad XXI. Martii diem apposuisse; & epactam XVIII. ad XII. Martii. Nam aut nullas epactas apponebant: aut si quas adscriberent, erant illæ quas dixi. Ex quo alterum diluitur, quod fingit, epactas in primo mense ad complementum applicatas esse. Hoc enim supra confutavimus, neque eadem necesse est modo repetere.*

Porro numerorum aureorum ea in antiquo Calendario fuit ratio, ut sequentes ab antecedentibus octonario addito formarentur; ac vicissim antecedentes à sequentibus, undecim adjectis. Cujus rei causam lib. VII. uberius exposuimus, & Clavius cap. IX. Calendarii Romani: quam hîc brevissimè repetemus. Quoniam enim octo anni lunares totidem Julianos excedunt die 4, horis

hotis 12, 41' &c. ideo post annos VIII. Novilunia ad eosdem dies non redeunt, sed uno die, & eo amplius morantur. Ideò post quemlibet aureum numerum proximè sequens octo unitatibus major est. Rursus post alios octo annos Novilunia biduo summovenda sunt, eò quod præter solidum diem $\mu\epsilon\tau\alpha\mu\eta\lambda\eta\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ lunaris post annos octo, horæ sunt XI, quæ cum sequidie octonarii sequentis biduum componunt. Ex quo fit ut alternis in Calendario vacua cella post aureorum numerorum paria succedat. Præterea undecim anni lunares totidem Julianis breviores sunt die 1, horis 14, 8, &c. Itaque Novilunia post annos XI. unum diem anticipant, & aurei numeri anteriores undecim unitatibus inferiores excedunt. Cum autem epactæ in Liliiana forma per omnes mensium dies descriptæ sint, nec ullum vacuum relinquatur intervallum; accidit ut quæ aureis numeris $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ sese consequentibus respondent, ex unitate tantum differant, & inferiores post annos octo proximo à prioribus die Novilunia repræsentent. quæ autem vacuo intervallo dirimuntur, binarii discrimen habeant. Itaque epactæ $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ continua reddunt Novilunia; ipsæ vero uno die separata. Hujus rei causam Scaliger

Fig. 187.

Fig. 188.

Fig. 189.

Fig. 190.

Fig. 191.

Fig. 192.

Fig. 193.

Fig. 194.

Fig. 195.

Fig. 196.

Fig. 197.

Fig. 198.

Fig. 199.

Fig. 200.

Fig. 201.

Fig. 202.

Fig. 203.

Fig. 204.

Fig. 205.

Fig. 206.

Fig. 207.

Fig. 208.

Fig. 209.

Fig. 210.

Fig. 211.

Hæc $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$, ac radi Minerva interim adumbravimus. Plura enim & exquisitiora Clavius noster in Calendario scripsit. Negari non potest, nisi à malevolis, & studio partium occæcatis, quin exæquatio illa solaris, & lunaris anni per centenos annos progrediens facilior, ac parabilior sit, quàm Scaligeriana, quæ fractionibus ac scrupulosis ratiociniis implicatur. Verumtamen contra lunarem illam $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ in annis cccxii. objicit non eam constare, aut deprehendi posse, nisi per cyclos absolutos decurrat. Quod in Elencho quidem obscure ac perplexè ita demonstrat. Esto epacta Dionysiana XI. aurei primi numeri, quæ Novilunium potest xx. Martii. Anno ccc. in eunte, aureo numero IX. epacta jam erit X, ob unius diei $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$. Novilunium in XXI. Martii. Ita differentia erit biduo. Cum enim epacta aurei numeri IX. est X, tunc epacta primi est XII. Ita, ut jam diximus, biduum aberit Novilunium anni cccxiii. ab epocha anni cccv. In his sanè joculariter hallucinatur, & præstigias facit. Quando enim epacta IX. aureo numero IX. convenit; tunc epacta XI. tribuitur aureo numero I. quando autem epacta X. competit aureo numero IX, tunc epacta XII. imputatur aureo numero I. Ab anno ergo illo trecentesimo ad cccxii. usque aureus numerus I. habet epactam XI, & aureus numerus IX. epactam IX. Ut si annus primus illorum cccxii. habeat cyclum I. anni IX, XXVIII, &c. præditi sunt epacta IX. Similiter & annus cccv. aureo numero I. affectus epactam obtinebit XI, si nondum epactæ promoventur. Annus verò cycli IX; id est cccxii. non jam epactam sibi vendicabit IX, sed x. Nam epactæ uno die post cccxii. annos ascendent. Unde cyclo I. deinceps epacta XII. non XI. respondebit: velut anno cccxxii. Quare paralogismus iste manifestus est, dum bidui $\mu\epsilon\tau\alpha\mu\eta\lambda\eta\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ ab anno cccv. ad cccxii. intercessisse probat ex eo quod, cum anno cccxii. epacta sit x. aureo cyclo IX, & Novilunium incidat in diem Martii XXI, biduum abit ab epocha anni cccv, aureo numero I: eo quod huic epacta conveniat XII. quando aureo numero IX competit epacta X. Falsum est enim, quod asserit, annum cccv. epactam habuisse XII, cum nondum, uti dixi, mutata essent epactæ. Ideò veterem adhuc epactam retinuit XI. Ceterum inter aureum numerum I. affectum epacta XI. anno cccv, & aureum numerum IX. epacta X. præditum in anno cccxiii. æquatio, & epactarum anticipatio diei unius intervenit. quo fit ut Novilunium aurei numeri I. anno cccv. à Novilunio aurei numeri IX. anni cccxiii. uno die discrepet: deinceps verò biduo differant. Quippe $\mu\epsilon\tau\alpha\mu\eta\lambda\eta\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ epactarum prius in aureo numero IX. quàm in I. contingit. Sunt autem aurei numeri I. & IX. $\epsilon\mu\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$: inter quos vacuum est in Calendario dies unus. Propterea biduo Novilunium aurei numeri primi alterum succedit. Quod si alios quosdam aureos numeros $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$, puta XV, & IV. sumpsisset Scaliger; si annus primus ex cccxiii. haberet cyclum XV, Novilunium Martii XI ex: annus cccxiiii. cyclo IV. Novilunium in eundem diem conferret. Verum an. cccxxiii. cyclo XV, Novilunium ad XVI. Martii progrediretur, cyclo verò IV. in XIX. Martii consisteret. Hæc ad futurum Scaligeri discutendum obiter attingenda fuerunt. Restat questionis caput. Nam illud saltem consequi videtur: à cyclo primo ad IX, interjectis annis cccxii, Noviluniorum $\mu\epsilon\tau\alpha\mu\eta\lambda\eta\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ uno die contingere; nedum $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ spatio illo deprehendi posse.

Quam in rem exemplum illud asert in Canonibus pag. 187. Ifagogicis: Anno Christi MDCXII, cyclo Lune primo, Solis XIIII, littera FE, Novilunium accidit feria VI, Martii XXI. Post annos absolutos cccxlii, anno MDCIV, cyclo Lune IX, Solis XVII, littera AG, Novilunium feria IV, eodem die XXI. Martii. Ibi nulla lunaris antecessio; quoniam cycli dissimiles inter se comparantur. Sed hæc argumentatio inutilis est. Nam $\omega\epsilon\gamma\eta\eta\eta\eta\eta$ lunaris etiam dissimilibus istis annis hoc modo constat. Cum enim nonno anno ineunte, post cyclos absolutos, Novilunium uno die tardius incidat, quàm ineunte cyclo in aureis numeris, & epactis $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$; biduo autem in $\epsilon\mu\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$: post illud annorum spatium, quo unius diei antecessio fit, hoc est post annos cccxii, nonno ineunte anno, Neomenia unum diem in anteriora promotà vel in eundem diem incurrit, quo anno primo commissa fuerat; si aurei numeri & epactæ in Calendario vacuo nullo intervallo dirimantur, vel si $\epsilon\mu\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma$ sint, uno tantum die discrepat, cum biduo aliis differre debeat.

pag. 187.